Octingentorum viginti Quinque florenorum polonicorum per eundem Generosum Bystrzykowski sive ipsius posteros suprascriptis Perillustri et Admodum Reverendo Joanni Canonico Luceoriensi et Generoso Stanislao Bolestraszyckim fratribus inter se germanis vel eorum posteris ob non statiorem suprascripte Generose Witowska Consortis suae pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbent. Pro quo quidem vadio modo premisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex premissis non completa complendo [illegible] existens memoratus Generosus Franciscus Bystrzykowski aut eius successores ad instantiam praenominatorum Perillustris et Admodum Reverendi Joannis Canonici Luceoriensis et Generosi Stanislai Bolestraszyckich fratrum germanorum vel eorum successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliensi extunc recesso superius expresso ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omnis iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorios Uerum infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad muniendum ad Evictionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes protestationes ac earum prosequutiones faciendo Ac premissa omnia pelnis singulibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque et aliis quibusvis Iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac sua presenti personali recognitione in premissa omnia mediante.

Brzeskych Coniugum Mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus

Castren. Capitan. Premislien. Generosi Jacobus de Brzezie Brzeski Venator Terræ Sendo:
mirien. ab una et Helisabetha de Zielonka olim Generosi Jacobi Zielinski Pocillatoris
Bracławien. filia coniuges legitimi maritus quidem solus per se Consors vero cum eiusdem
Generosi mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et voluntate ad infrascripta
recognoscenda consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus ceterisque
Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Præsenti vero Castrensi Capitan.
Premisliensi Jurisditioni se cum successoribus ac bonis suis quoad omnibus quo ad actum præ:
sentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere iudicia
ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit
Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri et quidem prædictus Generosus Brze:
ski maritus in bonis villarum Petkowice et Ptasza Wolka cum prædio ibidem sitis in Palla:
tinatu et districtu Sendomirien. consisten. tantummodo et non ultra prædicta vero Gene:
rosa Helisabeth de Zielonka eiusdem Generosi Brzeski Venatoris Terræ Sendomirien.
consors super omnibus bonis suis hæreditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus sum:
misque pecuniariis quibusvis habitis et in post haben. Necnon auro argento clenodiis ve:
stibus vestimentis stanno cupro orichalco totaque ac integra supellectili domestica nunc
habitis et in post haben. mutuam advitalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat
vitæ alterutrius tempora inscribunt et concedunt præsertim tali videlicet modo Quod
si prius prædictum Generosum Venatorem Sendomirien. maritum quam Generosam Hæ:
lisabetham de Zielonka coniugem suam de hac luce decedere contigerit Extunc memorata
consors sua bona suprascripta videlicet villas Petkowice et Ptasza Wolka tan:
tummodo et non ultra cum omni eorum Iure dominio et proprietate omnibusque prædi:
ctorum bonorum utilitatibus fructibus et emolumentis tenebit habebit et possidebit
ad extrema vitæ suæ tempora Post mortem vero et de hac luce decessum prædictæ
coniugis suæ bona memorata nempe Petkowice et Ptasza Wolka ad successores
mariti sui cum plenario usufructu ipsis sine quovis impedimento successorum con:
sortis ipsæ devolventur ac redibunt. Similiter etiam si prius præfatam Generosam

Helisabetham

Helisabetham de Zelonka coniugem suam Generosum Brzeski venatorem Sendomirien maritum suum mori contigerit extunc idem Generosus maritus suus bona gltr omnia morte eiusdem consortis suae derelicta cum omni ipsorum iure et proprietate omnibusq utilitatibus fructibus et emolumentis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit ad extrema duntaxat vitae suae tempora Post mortem vero praedicti mariti sui bona eadem gltr omnia ad Successores praefatae Consortis suae sine quauis contradictione Successorum manus redire debebunt et tenebuntur Praesenti sua personali recognitione ac Chyrographo mediante.

Brzeski Tutores Liberis suis Inscribit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien Generosus Stanislaus Brzeski Venator terrae Sendomirien Sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et consuetis recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Praemisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis gltr omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq submittendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse mortalitatis suae conscius consultumq bonis fortunis ac pupillis suis fieri cupiens Perillustres et Admodum Reuerendos Andream de Brzezie Canonicum Cracovien Scholasticum Sendomirien Georgium Canonicum Sendomirien Sacrae Regiae Maiestatis Secretarium et Generosos Albertum atq Paulum de eadem Brzezie Brzeskich fratres suos Nec non Helisabetham de Zelonka consortem suam atq Georgium de Konyecz Kochanowski in veros ac legitimos Generosorum Stanislai Ignatii et Anastasiae filiorum et filiae suae olim Generosa Barbara de Konyecz Kochanowska primi nuptus consorte sua procreatorum Nec non et aliorum liberorum suorum cum Generosa Helisabetha de Zelonka secundi voti consorte sua suscipiendorum et in posterum Diuina prouidentia suscipien ac procreandorum tutores bonorumq ac fortunarum omnium post fata sua derelinquendorum administratores eligit inscribit et assignat Dans et concedens iisdem suprascriptis tutoribus bonorumq suorum omnium administratoribus plenariam potestatem et omnimodam facultatem bonisq ac